vas istud nobilissimum fuit sic ꝓfundꝯ sic
amplum sic vacuum sic solidum et sic mun=
dum ideo magnaꝝ multarum gratiaꝝ re=
ceptiuum fuit. ¶ Quantū ad scdm est scien
dum ꝙ istud vas venerabile non fuit sim=
plex vas sed vas electionis vt in eo intelli
gatur impletum illud ysa. xlij. Ecce seruus
meus electus suscipiam eum electus meus
complacuit sibi in illo Et signanter dicit. E
lectus meus quia electus ex milibus Et be=
ne ex milibus quia inter mille sanctos non
inuenit' paulo similis. Fuit aūt illd venera
bile vas electum a deo ad capescendā mul
ta genera gratiaꝝ que ad presens reduci
possunt ad tria. Primo fuit illud venerabi
le vas electum ad dei sapientiam: vnde re
cte potuit dici vas sapientie. Fuit aūt pre
ditus triplici sapiencia videlicet mosayca
euangelica et diuina. primā didicit in scolis
iudeoꝝ act. xxij. Ego fui sedens secus pe=
des gamalielis eruditus iuxta illud verita
tem paterne legis. Scdam didicit in scolis
apostoloꝝ in quibus mgrm habuit solum
xp̄m Quod patet quia suum euangeliū non
fuit scdm hominem neqꝫ illud accepit ab ho
mine sed p reuelationem iesu xp̄i vt scri=
bitur. j. ¶ Terciam didicit in scolis angelo=
rum quando fuit raptus in tercium celum
audiuit archana que non licent hominibꝰ
loqui vt patet. ij. coꝝ. xij. Et quia in his tri
bus scolis gradatim se excedentibus hāc tri
plicem sapiam didicerat ideo ꝑfectus pre
dicator erat quia nomen xp̄i tripliciter p̄=
dicabat videlicet verbo exemplo et marti
rio. ¶ Secundo fuit vas electum ad labo=
rum instantiam quia tam laboriosus fuit ꝙ
sicut dicit criso. nec vnum quidem diem in
ocio et quiete passus est transire Quod ꝓ
bat p hoc Qd vir in spacio triginta annoꝝ
et romanos et ꝑsas parthos et medos in=
dos et ethyopes iugo subdit veritatis. naꝫ
adeo laboriosus fuit ꝙ noctem ꝑ maiori p
te consumpsit in labore manuum diem ve=
ro in exercitio p̄dicationis. vnde dicit hay
mo. Quod apostolus a galloꝝ cantu vsqꝫ
ad quintam horam manibus laborauit de=
inde p̄dicationi vacabat. Et plerumqꝫ vs=
qꝫ ad noctem sermonem ꝓtraxit. Residuuꝫ
vero tempus in refectione somno et orati
onibus consumpsit. vnde dicebat ip̄e. prīa
coꝝ. xv. habundantius omībus alijs labo=
raui Sed ne videretur de se gloriando hᵒ
dixisse subiecit Non aūt ego sed gratia dei
mecum. ¶ Tercio vas istud benedictum fu
it electum ad passionum tollerantiam Qd
patet in triplici genere passionum quas pa
cientissime tollerauit. primum genus consi
stit in corporali afflictione. Secundum in
mentali affectione. Terciuꝫ in mentali tor
mentatione. primum patet. Nam licet in
corpore plurimas afflictōes sustinuerit om
nes tamen ad tres reduci possunt Quaruꝫ
primam pertulit a seip̄o secundam ab ad=
uersario terciam vero ab amico domestico
Quod patet. Nam a seip̄o ꝑtulit volunta=
riam corporis castigationem que causaba=
tur a laboribus plurimis a ieiunijs multis
a fame et siti a frigore et nuditate vt ip̄e
met testatur. ij. coꝝ. xij. Ab aduersario autē
pertulit multipharia periculorum machi
nationem quia pseudo apostoli multiplici=
ter machinati sunt in mortem eius. Quod
patet. Nam in ciuitate a falsis fratribus su
stinuit periculum perditionis in solitudine
ab eisdem sustinuit tanꝙ a latronibus peri
culum occisionis sed in flumine sustinuit ab
ipsis periculum subuersionis. Quia illi qui
non poterant ip̄m in ciuitate per proditio
nem perdere nec in solitudine interficere
conati sunt ip̄m in flumine submergere Li=
cet christo ip̄m protegente cunctorum ma=
nus euaserit. Et hoc innuit cum dicit. Peri
culis fluminum periculis latronum pericu=
lis in ciuitate periculis in solitudine/peri=
culis etiam in falsis fratribus. Ab ip̄is vero
domesticis. id est a iudeis pertulit variam
penarum illatōnem quia vt ipse testat' ibi
dem. A iudeis quinquies et quinqꝫ vicibus
accepi quadragenas percussionibus vna
minus. Nam vt dicit glosa ne videretur im
misericordes vnum ictum remittebant Ab
ip̄is etiam iudeis in listria semel lapida
tus exstitit. Et vt tamen ip̄orum seuiciam
declinaret et verbum dei gentibus predi=
caret ter naufragium passus fuit Et ideo
bene de ipso dicit Crisostimus. Vis tibi eius
mortes ostendi tot vtiqꝫ mortes sustinuit
quot dies vixit. vnde de omnibꝰ simul istis
dicit vbi supra. Quod fuit in laboribus plu=
rimis in carceribus habundantius in plagis
supra modum et in mortibus frequenter
id est in ꝑiculis mortis vt dicit glosa ¶ Se
cundum patet. Nam secundum mentalem
affectionem tripliciter passus fuit. Primo
nanqꝫ pro ecclesiarum dilatatione et pro=
fectu fidelium habuit maximam sollicitudi
nem/vnde dicit vbi supra preter illa q̄ ex=
trinsecꝰ sunt id est que patior ab exteriori
instantia mea quottidiana sollicitudo om
nium ecclesiaruꝫ. Et ideo dicit Criso. Quod
nullus angelus populum sibi creditum ita
omnium ecclesiarum tocius orbis sollicitus
sollicite gubernauit vt paulus ꝓ defectu
fuit. Secundo pro debilium et infirmorum

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0172
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt